

ac humano, temere indulgent affectibus; sive captum, A
sive raptum, modo fit aptum. L. de magistratu.

(2) Impiorum est, communiter, labore, onera,
molestias redditusque excogitare prorsus illegales: Ex-
empla artificum hujusmodi aulicorum prostant passim:
conf. i. Reg. XII, 3.

[3] Injusti magnates nunquam sociantur Deo, ejusve
frui possunt patrocinio. Florere videntur; sed ad tempus:
Psal. LXXXII, 5.

(4) De cathedrâ Mosis (Petri) male torquente le-
gem, Dei pretensō nomine, sed Deo nunquam in verbo
suo ad stipulante, v. Matth. XXIII, 2. XV, 3. Psalm.
I, 1. Jer. VII, 4.

USUS E VERSU XXI.

[1] Infaustum est consortium, quod instituitur in
damnum justi vel innocentis. L. de foederib. privato-
rumque amicitia suspecta.

[2] Innocentia semper danda opera, etiamsi Susan-
na enascantur pericula manifesta.

PSALMI XCV. DISPOSITIO.

Jubilemus, non obdurati. Gratitudo debita.

Est hic I. Dei celebratio: ubi (1) excita- B
tio: (a) agite, cantemus jubilemusque
Deo salvatori nostro: vers. I. (b) cum
laude canticisque compareamus coram ipso:
v. 2. (2) ratio: (α) Dominus est Deus magnus:
(β) rex magnus super omnes Deos: v. 3. (γ)
in cuius manu profunditates terrae montiumque
altitudines: v. 4. (δ) qui fecit mare aridumque:
v. 5. (Repetitâ propositione: agite, adoremus,
incurvemus, &c. subjungitur ratio specialis-
sima) (ε) est Factor noster, v. 6. Et nos grec pa-
scui ejusdem: v. 7.

II. Cultorum instruictio: (1) tempus:
hodie: (2) objectum: vox Dei audita: v. 7.
(3) studium: ne obduretis corda vestra: v. 8. (4) exemplum: more majorum in de-
serto: ibid. Describuntur vero Majores hi.
(a) à tentatione: (b) miraculorum neglectu:
v. 9. (c) subsecuto per XL. annos fastidio di-
vino: v. 10. (d) cuius causa: fuerunt corde
vagabundi: viarum mearum pertesi: v. 10.
ac ea propter à quiete Dei in æternum exclusi:
vers. II.

PSALMUS XCV.

PSalmo hoc ecclesia Latina matutinas auspi-
catur preces. Muis. Autor à LXX. & Vul-
gata dicitur David. confer Ebr. IV, 7.

EXPLICATIO VERSUS I.

ite:) i. e. agite. imperativus verbi יְלַלֵּה naturam induit adverbii excitantis, sicut Psalm. xxxiv, 12. XLVI, 9. LXVI, 5. LXXXIII, 5. (Cob. II, 1. IX, 7. יְלַלֵּה.) Pari ratione accipitur & בָּנְיָה Joel. I, 13. בָּנְיָה, pernoctate in sacris: קָרְבָּנוּ bene-
dicte Domino Neb. IX, 5. מִתְּמֻמָּד Mich. VI, 1. &c. Tacitè autem subinnuitur humana simul so-
cordia curarumque distraictio, quā ad omnia
alia promptiores multo sumus excurrere, inibi-
que occupari, quā ad decentes Dei laudes cul-
tumque solenniter ipsi exhibendum. Proclivior
est pes noster ad agrum, jumenta maritamque
novam abire; quā ad sancta atria &c. Luc.
xiv, 18. seq. Confer Jes. II, 3. venite, adscendamus
montem Domini.

cantabimus Domino:) solenniter
puta conjunctisque operis aut lingvis, hilari
mente ejus beneficia commemorando &c. vide
Psal. V, 12. XXXIII, 1. LI, 16. Litera (ל) verbi
constructionis serviens, idem valet ac *De*, ut
Psal. XXXV, 19. לְיַשְׁמֹחוּ לְיַשְׁמֹחוּ. vel potius objectum,

designat, in cuius gratiam ac honorem cantus
hicce sacer dicitur vergere; ut Psalm. XLVII, 2. הַרְיָה לְאֱלֹהִים clangite in honorem Dei, ita &
C hic: cantemus Domino, i. e. Deo præsenti accina-
mus laudes, quæ eum decent, delectant, ho-
norant, &c. Lutherus: dem HErren frocken:
prius: rühmen Belge: vrolick singen. Campen.
Eja exultemus, nos Dominum habere propitium.

clangamus vel jubilemus:) i. e. per-
fectō gaudiō sublatisque altē tum gutturis, tum
instrumentorum musicorum sonis, concitemus
nos mutuō ad debitos Dei nostri, Liberatoris
adeo potentis ac benigni, honores. Vide de-
voce רְוֹעֵן, jubilos triumphantum tripudiantium, re-
ferente, Psalm. XLI, 12. quod non יְרַיֵּה jubilatu-
rus sit hostis meus עַל super me: & Psal. XLVII,
2. clangite Deo. Refer huc solennem arcæ cum
jubilis adductionem 2. Sam. VI, 15. 1. Par. XV,
28. Lutherus: jauchzen. Belgæ: juichen. Campen.
jubilemus.

petræ salutis:) i. e. Deo, qui nobis est
instar petræ aut asyli saluberrimi, in quo tuti fu-
mus firmiterque muniti adversus omnes hosti-
um insultus. vide Psalm. XCIV, 22. Litera (ל) ite-
rum valet *De* vel *In*, clangamus in rupe hac
saluta-

Aaaa

USUS E VERSU XXII.

(1) Deo semper adhærendum fiduciâ cordis im-
motâ: ipse solus suscipit, defendit, extollit. v. I.
præc.

[2] Quamdiu hic vivitur, fugiendi non deerunt
incitamenta; irruent modo turmæ visibles, modo invi-
sibles, &c.

USUS E VERSU XXIII.

[1] Deus mala retroagit in capita inferentium. vid.
vers. I.

[2] Excidium infat impiis bene promeritum,
propter malitiam ipsorum; idque infallibiliter;
qua de causa etiam res eadem geminatur. conf. Psalm.
CXXV, 3.

[3] Magna est lucentium debilitas ad credendum ta-
lia; hinc inculcandum idem non semel.